Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

capiatum genus piscium maris. & uolucrū caeli. &
animalium. & uniuersę terrę. & omnium quę
repunt super terram. Consequenter secdm ea quę
superius exposuimus. tale hominē. quale descrip
simus uult principatū gerere p̄dictarū bes
tiarū. & uolucrū. & repentiū. & quadrupedū.
& omnium reliquorum. Quae qualis intellegi p
allegoriā debeant exposuimus. Cū diximus
iuberi aquam. id est mente eius sensu spiri
tale producere. & terram sensu carnis pferre.
Ut dominetur eis mens. & non illa dominentur ei.
Uult enim ds. ut magna ista factura dī homo.
propter quē & uniuersus creatus ē mundus.
Non solum inmaculatus sit ab his quae sup̄
diximus & inmunis. sed & dominetur eis. Iam
uero quale animal sit homo. ex ipsis scripturae
sermonibus consideremus. Omnes reliquae
creaturę iussione dī fiunt. Dicente scriptura.
Et dix ds. Fiat firmamentū. & dix ds.
Congregentur aquae quae sunt sub caelo
in congregatione unam. & appareat arida.
Et dixit ds. Producat terra herba faeni.
Ita autem in reliquis dicit. Uideamus